



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 47. Ordo Fratrum Prædicatorum propagatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

modo in ordinem ab alio digestæ, & a Sæcul. XIII.  
Nicolao IV. Papa, post annos sexaginta A. C. 1221.  
octo, confirmatæ. Qui hunc tertium  
Ordinem profitebantur, Fratres *de pœnitentia* dicti sunt, atque omnium pri-  
mus resertur Luchesius, qui S. Francisco  
prope oppidum, vulgari lingua *Poggio-*  
*Bonzi*, in Thuscia occurrit. Is prius  
mercaturam fecerat, avaritiæ vitio notis-  
simus, ac præterea Welphorum factio-  
ni plus æquo addictus; sed ipse conver-  
sus, uxori quoque suæ, cui nomen *Bona-*  
*Donna* persuasit, ut in posterum vitam ad  
Christianæ Disciplinæ leges compone-  
ret. His ergo S. Franciscus tertii Ordini-  
nis habitum contulit, coloris cineracei,  
modestum, cum nodoso cingulo, & vi-  
ra voce futuram vitæ rationem præ-  
scriptis.

### §. XLVII.

*Ordo Fratrum Prædicatorum pro-*  
*pagatur.*

Sanctus Dominicus Bononiæ alterum  
Ordinis sui Capitulum Generale, in  
eodem Festo Pentecostes, die trigesima  
Maji, anno millesimo ducentesimo vi-  
gesimo primo, celebrans, octo Fratres  
Provinciales, spectatæ virtutis viros e-  
ligi, jussit, qui Fratribus in totidem Pro-  
vincias sparsis, nempe in Hispaniam,

*Theod. IV.*  
c. 7.

Pp 3      Fran-

Sæcul. XIII. Franciam, Longobardiam, Campaniam  
A.C. 1221. Romanam, Provinciam, Germaniam,  
Hungariam, & Angliam, præfessent. In  
*Jord. c. 50.* Angliam misit Giselbertum cum tot Fr.  
*Boll. vita.*  
*Jord. to. 4.* tribus, quot ad constituendam Congre-  
*p. 722. n. 13.* gationem necessarii videbantur. In  
Hungariam misit Paulum, in illa Gente  
natum, haud diu abhinc Ordini adser-  
ptum, postquam Jus Canonicum Boni-  
niæ publice docuisset. In eodem Capi-  
tulo Dominicus Priorem Provinciae Lon-  
gobardicæ creavit Fratrem Jordanem.  
Is tunc Parisis agebat sub Priore Ma-  
thæo, cui & Ordini ipsius eodem anno  
Universitas jus suum omne contulit in  
S. Jacobi domum, in qua Dominicanis  
Fratres sedem fixerant. Huic Donatio-  
ni conditiones adjectæ; Fratres Prædi-  
catores proflerentur, se hanc domum  
Univeritati Parisiensi in acceptis refer-  
re, & Magistros Scholasticosque tanquam  
Fratres suos, precum suarum & bono-  
rum operum participes efficerent.

*Jord. M.S.* Sub idem tempus Eberhardus Archi-  
diaconus Lingonensis, vir splendore vi-  
tutum & auctoritate in Ecclesia illa con-  
spicuus, Fratrum Prædicatorum Insti-  
tutum amplexus, suo exemplo multis  
aliis conversionis occasio fuit. Cum  
Fratrem Jordanem tenero amore profe-  
queretur, eum in Longobardiam pro-  
fessentem comitatus est, etiam deside-

51.

rio S. Dominicum videndi impulsus. Ce-  
terum quia Frater Eberhardus in Francia  
& Burgundia erat notissimus, nemo non  
iter facientis paupertatem Evangelicam  
mirabatur. Tandem Lusuni, cuius civi-  
tatis Episcopatum olim sibi oblatum re-  
cusaverat, morbo correptus, paucis post  
diebus extinctus est. Advertens, quod  
sibi ab amicis celaretur, ex medicorum  
judicio de vita actum esse, ad Provin-  
cialiem ait: *Illis, quibus amara est mor-  
tis memoria, celanda est; sed ego hac  
misérabili carne spoliari non pertimesco,*  
<sup>2.</sup> *Cor. 5. 1.*  
*Ispervans, me ad cœlestia tabernacula per-  
venturum.* Jordanes vero hoc morien-  
ti Eberhardo Testimonium reddidit:  
*Beata omnino ejus mors mibi videbatur,  
ex eo, quod cum ipsius obitum mibi do-  
loris & perturbationis materiam futu-  
rum esse crederem, me potius sancta lati-  
tia replevi senserim.*

### §. XLVIII.

#### *S. Dominici obitus.*

Celebrato Capitulo, S. Dominicus ali-  
quamdiu Bononiæ commorans, &  
non nunquam illius civitatis Clericos a-  
micos suos invisens, cum quadam die  
de contemptu mundi & vitæ præsentis  
ludibrio disseruisset, subito valedicens,  
*videtis me hodie sanum, inquit, sed ante  
Beatæ Dominæ nostræ assumtæ Festum*  
PP 4                    migra-